



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 6. Concilium Sirmiense. Photinus depositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sub finem votum adjungit, ut Imperator Sæculum IV. Sanctæ, & consubstantiali Trinitati in A. C. 351. æternam gloriam det; ex quo colligitur S. Cyrillum fidei Nicænæ sincerissime adhæsisse, quamvis Acacii Cæsariensis amicitiam coleret, a quo Episcopus fuerat ordinatus.

§. VI.

*Concilium Sirmiense. Photinus depositus.*

Imperator post Vetrantonis abdicatio- *Socr. II. c. 28. 29.* nem in Pannonia remansit, ubi misso adversus Magnentium exercitu, quid de Belli eventu fortuna statuisset, expectabat. Eodem anno illuc Concilium convocavit, nempe 355. post Sergii, & Nigriani Consulatum, nam per Belli civilis tumultus non fuere Consules, quorum in toto imperio valuisset auctoritas, hinc a Consulatu priorum hic annus designari debuit. Hoc Concilium ex multis Orientalibus Episcopis, qui Imperatorem comitati fuerant, constabat; præcipui fuere Narcissus Neroniadenus, Theodorus Heraclideanus, Basilius Ancyranus, Eudoxius Germaniciensis, Demophilus Bereensis, Cecropius Nicomediensis, Silvanus Tarsensis, Macedonius Mopsuestanus, & Marcus Arethusanus. Ursacius, & Valens quoque aderant, & universim viginti duo Episcopi. Conveniendi causa erat de

*Hist. Eccles. Tom. III. Nn po*

Sæculum IV. ponendus Photinus Episcopus Sirmienfis, A. C. 351. qui licet sapius ab Episcopis Occidentis damnatus, Sedem suam obtinebat; ergo ab Orientalibus quoque damnatur, & proponitur, quod Doctrinam Sabellii, & Pauli Samosatani teneret, atque hæc sententia, justitiæ congrua, ab omnibus est approbata Fidelibus.

*Hilar. frag.*  
p. 412.

*Socrat. II. c.*  
30. *Hilar.*  
*de Synod. p.*  
339. *Athan.*  
*de Synod. p.*  
900. v. *Pagi*  
*an. 351. n. 12.*

At non æque nova fidei formula, Græce scripta, Ecclesiæ approbationem meruit; hæc primo fidei explicationem continet satis longam, deinde adversus varios errores Arianorum, nempe qui publice Arii Doctrinam profiterentur, Sabellianistarum, & Photinianistarum vigesies septies anathema pronuntiatur. Quæ formula non tam in se mala est, quam eorumdem Episcoporum approbatione suspecta, qui in Concilio Sardicensi depositi fuerant; non dicit Filium esse consubstantialem Patri, nec etiam similem, sed expresse: *Filium Patri non æqualem facimus, sed ipsi subjectum concipimus.* (\*)

*Sozom. I.*  
c. 6.

(\*) Ad hæc Anonymus I. concedo hanc formulam positive, & in se non esse malam, sed malam est, prout ipsam excerptit Fleurius eam in hunc sensum cogens: *Nous n'egalons pas le Fils au Pere, mais nous concevons, qu'il lui est soumis.* De verbo ad verbum; *non æqualem facimus Filium Patri, sed concipimus, ipsi esse subjectum.*

Anathema dicit illis, qui credunt non fuisse Filium, qui Abrahamo apparuit, & qui cum Jacob luctatus est. Multi ex veteribus credidere, Filium Dei ex tunc coepisse ad homines mitti; id vero Photinus negabat, quia fateri nolebat, fuisse Deo Filium, antequam ex Maria nasceretur. Cœterum Ariani affirmando id, quod negabat Photinus, nihilominus errabant, quod ex eo probare vellent, solum Patrem esse natura invisibilem, & incomprehensibilem. At S. Augustinus exinde luculenter probavit, ejusmodi apparitiones Angelis fuisse commissas, sæpe non esse causam, cur apparitio uni potius ex Divinis Personis attribueretur, quam alteri, & in illis eventibus ipsam Trinitatem se hominibus manifestasse.

Dicta formula ab omnibus Concilii Episcopis approbata, Photino persuadere conabantur, ut subscriberet, promittentes, ea conditione in Sedem suam restituendum; ipse rejecta con-

N n 2

ditione

Addit deinde Anonymus I. hanc Sententiam ex translatione Latina Socratis reddendam fuisse in hunc modum: *Non enim Filium in eodem gradu locamus cum Patre, sed subiectum Patri facimus.* Dicitque, hanc Subjectionem de Subjectione Originis esse accipiendam. Bene! sed Lectori judicandum relinquo, an non eadem interpretatio, & sensus in verba Fleurii cadant?

Sæculum IV.  
A. C. 351.

Anath. 17.

Anath. 15.

16.

de Trin. lib.

II. c. 9. 10.

Etc.

Sæculum IV. ditione, populi sui, a quo amabatur,  
 A. C. 351. favori confidens, apud Imperatorem que-  
 ritur, se injuste condemnatum. Obi-

*Epiph. hæc.*

71. n. I.

*Zosim. l. 2.*

p. 698.

*v. Val. ad*

*Socrat. II.*

c. 30.

*Athan. ad*

*solit. p. 860.*

*orat. I. in*

*Arian. pag.*

292.

nuit, ut novum colloquium instituere-  
 tur, in quo Doctrina ejus examen subi-

ret. Basilius Ancyranus disputandi cum  
 eo provinciam in se suscepit præsentibus  
 Episcopis, & octo ab Imperatore ex Se-  
 natorio ordine viris delegatis; hos inter  
 erat Thalassius, cujus apud Imperatorem  
 maxima erat auctoritas, missus hoc anno  
 cum Gallo Cæsare, ut in Oriente Prætorii  
 Præfecti munere fungeretur. Disputan-

tium verba, prout pronuntiabantur, a  
 scriptoribus excepta, in notas redigeban-

tur; tria confecta exemplaria, quorum  
 unum obsignatum ad Imperatorem mis-  
 sum, alterum etiam clausum Comitibus,  
 seu Senatoribus traditum, tertium Bas-  
 ilio, & Concilio datum. Acriter disputa-  
 tum est, & devicto Photino, damnatio-  
 nis sententia confirmata. Eum Impera-  
 tor proscripsit, fuitque reliquo vitæ tem-  
 pore exul, non autem otiosus, quippe ad  
 suam hæresin stabiliendam contra omnes  
 cæteras opus composuit; græce, & lati-  
 ne scripsit, nam, quamvis in Oriente na-

tus esset, latinam non ignorabat. In  
 ejus Episcopatum Sirmiensem Germi-  
 nius ex Cyzico advena, & Arianus suffe-  
 ctus est.